



42

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
INFLAMMATIONE
EIVSQVE
IN TELA CELLVLOSA
FREQUENTISSIMA SEDE

QVAM
SVB AVSPICIIS DIVINI NVMINIS
CONSENSV ATQVE AVCTORITATE GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ATQVE EXPERIENTISSIMO
D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS A CONSILIIIS INTIMIS
MEDICINAE ATQVE PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORD.
FACVLTAT. MED. SENIOR. ET H. T. DECANO, REGIORVMQVE ALVMNOR.
EPHORO, IMPERIALIS ACADEM. NAT. CVRIOS. PRÆSIDE ET COMITE
PALATINO CAESAREO, REGIAR. ACADEMIAR. SCIENTIAR.
ANGLICANAE, BEROLINENSIS ET MONSPELIENSIS
SODALI,

PRO GRADV DOCTORIS

RITE IMPETRANDO

D. XXIV. IANVAR. ANNI MDCCLXVII

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTET

AVCTOR RESPONSVRVS

CHRISTIANVS FRIDERICVS RICHTER
HALENSIS.

HALAE AD SALAM

STANNO CVRTIANO.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

INFLAMMATIONE

IN TIBIA ET FLOSA
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

IN ALMA MATER AUSTRIACA
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

D. ANDREA FLA BYCHNERO
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

POTENTISSIMO A CONSILIO INTIMIS
MEDICINAE ACADEMIAE AUSTRIACA
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

CHRISTIANVS FRIDERICVS RICHTER
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

HALAE AD SALSAM
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



ILLVSTRISSIMO DOMINO
DOMINO
PHILIPPO IOSEPHO
DE JARIGES

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS CANCELLARIO SVPREMO,
BELLIQUE AC STATVS ADMINISTRO INTIMO, SVMMO APPELLATIONVM
TRIBUNALIVMQVE OMNIVM PRAESIDI, ET ACADEMIAE REGIAE
SCIENTIARVM MEMBRO etc.

HEROI TOGATO
EMINENTISSIMARVM VIRTVTVM SPLENDORE

IMPRIMIS CONSPICVO

MAECENATI

SVMMA RELIGIONE PERPETVVM COLENDO

HOC

DEVOTISSIMI ANIMI MONVMENTVM

DICAT ATQVE DEDICAT

AVCTOR RESPONSVRVS.

ILLVSTRISSIMO DOMINO
DOMINO
PHILIPPO IOSEPHO
DE JARIGES

POTENTISSIMI BORSSORVM REGIS CANCELLARIO STREMO,
BELLIGV AC STAVS ADMINISTRO INTIMO, SVMMO ARCELLATIONVM
TRIVNALIVQVE OMIVM PRASIDI, ET ACADEMIAE REGIAE
SCIENTIARVM MEMBRO PEE

EMINENTISSIMARVM VIRTVTVM SPLENDORE
IMPRIMIS CONSICIVO
M A E C E N A T I
PREFETTYM COLEBDO
DEVOTISSIMI ANIMI MONVMENTVM
A V C T O R R E S P O N S A R V S



VIR ILLVSTRISIME
DOMINE GRATIOSISIME.

Miraberis forsan, me illustrissimo nomini TVO
Specimen hoc qualecunque inaugurale me-
dicum dedicare fuisse ausum. Verum enim vero
singularis illa TVA gratia, qua me, de umbra ho-
minem, benigniter TIBI hucusque cumulare placuit,
haesitanti mihi dulcissimam hanc iniecit spem, TIBI
publicum hoc reuerentiae meae documentum haud
ingratum futurum, illudque serena fronte TE esse
accepturum.

Nihil caeterum magis in votis habeo, quam vt
summum Numen vitam TVAM, *Vir Illustrissime*, bono
cuique carissimam, per multorum adhuc annorum
seriem conferuet, ad summum vtriusque reipublicae
emolumentum, et ad omnium eorum, qui, inimiciffi-
morum hostium iniuriis oppressi, planeque iacent
prostrati, ad TE, tanquam ad sacram Themidos aram,
Deumque quasi quendam tutelarem, confugiunt,
folatium atque leuamen. Perfruere omnibus nume-
ris absolutissima felicitate! Sis saluus, sis incolumis,
et semper Patrocinio TVO habeas commendatissimum

ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

OBSERVANTISSIMVM HVMISSIMVMQVE

CVLTOREM

CHRISTIANVM FRIDERICVM RICHTER.



DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA
DE
INFLAMMATIONE
EIVSQVE
IN TELA CELLVLOSA FREQVENTISSIMA SEDE.

PROOEMIUM.

Cum haud ita pridem egregias et omni mea laude maiores
Illustr. MONRO atque MECKELII Disputationes, de
Vasis lymphaticis, perlegerem, in quibus Viri isti cele-
berrimi, pro ingenii sui summo acumine, exacte demonstrant,
omnia lymphatica vasâ ex tunica cellulosa suam ducere origi-
nem: dubitare statim paululum de theoria, quam summi cetero-
quin in arte salutari viri, HOFFMANNVS atque BOERHAA-
VIVS, de inflammatione nobis dederunt, incepti. Satis enim
iam cognitum est, in obstructione vasorum arteriosorum, febri
iuncta,

iuncta, inflammationis essentialem rationem ponere hos viros. In eo vero potissimum a BOERHAAVIO differt HOFFMANNVS (a), affirmans, inflammationem esse febrem, cuius causa sit eminens vasculorum, secundum naturam non sanguinem, sed tenue liquidum vehentium, a sanguine oppletio atque distensio. BOERHAAVIVS contra, et vasa sanguifera, et lymphatica atque serosa (haec enim pro arteriosis et immediate ex sanguiferis ortis assumit,) inflammatione adfici posse, asserit, eamque in tria diuidit genera. Quamquam vero non in totum nego, vasa lymphatica in grauioribus inflammationibus posse obstructa esse; tamen distinctiones Boerhaavianas, in primi, secundi et tertii generis inflammationes, admittere haud possum. Observationes enim Illustr. MECKELII nos docent, *nec mercurium, nec aliud fluidum tenue, per vasa sanguifera glandulae cuiusdam impulsu, in vasa lymphatica transire, et licet cellulosam limpidissima materia repleuerit, transitum tamen nullum in vasa lymphatica, nec ex his repletis in sanguifera fieri; nec integerriman vasorum lymphaticorum, per glandulam conglobatam disperforum repletionem eam arteriae et venae impedire* (b). Patet igitur tam ex his, quam multis aliis experimentis, saepius in humano corpore institutis, vasa lymphatica non ex arteriosis, sed potius ex ipsa oriri cellulosa. Quae cum ita sint, prono ex his mihi fluere videtur alueo, vasa lymphatica obstrui non posse, nisi prius adfecta cellulosa, siue, quod idem est, in cellulosam prius extra vasa prorumpentem deponi debere sanguinem, quam ad ipsa peruenire possit lymphatica vasa. Essentialem itaque rationem inflammationis

(a) Confer. eiusdem Medicin. ration. systemat. T. IV. P. I. S. II. C. I. §. II. p. 324.

(b) Confer. pluribus citata illustris Viri Dissert. epistol. de *Vasis lymphaticis* p. 10.

tjonis in extrauafatione potius fanguinis in cellulofam, quam in obftructione ponendam effe cenfeo. Verum enim vero cum nemo, vt mihi cognitum eft, hanc inflammationis theoriam vberius pertractauerit, de ea in Differtatione hac inaugurali fpeciatim agere conftitui. Faxit Deus T. O. M. vt qualiacunque haec conamina cedant feliciter!

§. I.

In antiquiffimis temporibus commune inflammationis attributum erat calor, et commune omnium inflammationum nomen *Φλεγμονή*, quod poftca ab ERASISTRATI temporibus ei tantum inflammationis fpeciei datum fuit, in qua, vna cum calore, renitens tumor et rubor aderat, vti hoc ex fequenti GALENI (c) loco clare patet: *Hic vero tumor, affumens pulfam et igneum ardorem, antea proprie vocatam pblegmonem perficit. Non autem fic Veteres, fed quemcunque ardorem vocabant pblegmonem, vti faepius vobis demonftratum fuit. Verum ab ERASISTRATI temporibus folitum fuit, pblegmones nomen dici de illis tumoribus, in quibus non tantum adeft calor inflammans, fed et renixus et pulfus: ex neceffitate vero habent et fic vocatum ruborem.* Quo magis dein exulta fuit Medicina, eo meliores etiam de inflammatione formatae fuerunt notiones. GALENVS enim (d) iam optime feirrhi duritiem a pblegmones refiftentia diftinxit, dicens: *Non durum, fed refiftentem tumorem efficit, perinde atque vtres fient, liquida materia aut aëre pleni;* et CELSVS (e) quatuor, inquit, notae funt inflammationis, rubor et tumor, cum calore et dolore.

§. II.

(c) Comment. III. in Lib. Hippocrat. de Fractur.

(d) Comment. in Text. XXX. Epidem. Hippocrat. Lib. IV.

(e) Lib. III. Cap. X.

§. II.

Recentiores quoque quatuor has, a CELSO inflammationi tributas notas, non solum assumunt, sed in varia etiam eam diuidunt genera. Viderunt enim, vel sanguinem, vel serum, vel sanguinem et serum simul eius esse causam; hinc inflammationes modo *sanguineas*, modo *serosas*, modo *mixtas* appellant, quarum priorem, modo *sanguineam veram*, modo *phlegmonem*, serosam vero *spuriam* nominant. Nec vanae hae sunt distinctiones, dum essentialiter utriusque verae a spuris differunt inflammationibus. Omnes enim verae grauius adfligunt aegrotantes, per longius temporis spatium durant, nunquam periculo carent, rarissime resoluntur, sed ut plurimum vel in suppurationem, vel in scirrhum, vel, cum summo aegrotantis detrimento, in gangraenam et sphacelum transeunt. Spuriae contra, non tam truculenta symptomata habent coniuncta, nec tam vehementem inflammatorium pulsum, nullum periculum alunt, et, adhibita iusta medendi methodo, facile tolluntur. Quod vero ad mixtas attinet, illae saepius in veram degenerare possunt phlegmonem (f), dilatatis nempe vasis maiorem rubri sanguinis copiam admittentibus, maloque ad membranam adiposam propagato; aliquando vero morbum inter Erysipelas et Phlegmonem quasi medium sistunt, de quo sic GALENVS (g): *Quemadmodum id, quod subiectam carnem attingit, neque ex tenui omnino fluxione fit, non solum Erysipelas est, sed mixtus affectus ex Erysipelate et Phlegmone, in quo quandoque propria Erysipelatis symptomata praevalent, et a recentioribus Medicis vocatur talis affectus Erysipelas phlegmonodes; quandoque autem Phlegmones, et dicitur ideo Phlegmone erysipelatodes. Quodsi neutrius symptomata euidenter praevalent, sed aequalia videantur, Pble-*

(f) *van SWIETEN* Comment. in Aphor. Boerhaav. §. 380.

(g) Lib. II. Method. medend. ad Glaucon. Cap. I.

Pblegmonen et Erysipelas mixta esse dicuntur. Quamquam vero distinctiones has recentiorum non reiicio: tamen, quia plurimi credunt, inflammationem esse obstructionem vasorum cum febre, ab hac definitione totus recedo.

§. III.

Intelligo potius per eam inflammationis speciem, de qua iam ago, nihil aliud, quam extravasationem sanguinis in telam cellulofam, cum febre coniunctam, eamque ab omni alio statu praeternaturali distinguo, vbi manifesto adest extravasatio sanguinis in cellulofam, vti hoc contingit in omnibus contusionibus atque sugillationibus, quia cum his febris non est coniuncta. Concedo porro, in omni grauiori inflammatione et vasa sanguifera atque lymphatica in consensum posse trahi, immo saepius obstructa inueniri; ast sedes inflammationis semper tamen manebit cellulosa. Moneo tandem, me tantummodo in toto hoc Specimine de grauioribus inflammationibus, a causis internis ortis, disputare.

§. IV.

Praemissis nunc his generalioribus, ad ipsius materiae pertractationem specialem progredior. In duas igitur potissimum partes eandem dissecere lubet, quarum prior argumenta, sententiam meam confirmantia, posterior vero responsiones ad quasdam obiectiones comprehendet.

§. V.

Si itaque verum est, omnem profundiore inflammationem in cellulosa sedem habere suam, eius symptomata, quae Semiologiae pathognomonica audiunt signa, ex hac ipsa theoria plane facileque debent explicari;

quae cum sint, *tumor, dolor, rubor et febris*, videamus, an haec quoque ab extrauafatione fanguinis possint deriuari? Quod igitur ad *tumorem* attingit, ille in magnitudine partis cuiusdam praeter naturam aucta consistit. Auctam vero hanc magnitudinem ab extrauafato produci posse sanguine, omnes mihi concedent, cogitantes, idem in omni grauiori contusione, ecchymosi, atque aneurysmate, tam vero, quam spurio, contingere. Ast, facile cuidam obiectio haec in mentem posset venire, quod tota cellulosa, propter intimiorem cellularum consensum, ab extrauafato sanguine deberet eleuari; cui vero sequentem in modum occurri posse credimus. Cellulosa in statu naturali semper adipe est repleta, hinc extrauafato sanguini opponuntur resistentiae, quae magis magisque augentur, et totam extendi cellulosam non permittunt. Videmus dein, saepius ab extrauafato sero cellulosam, in parte quadam, ad disrupcionem vsque posse extendi, et tamen non totam in consensum trahi, vti hoc in oedematibus, in hydrocele, aliisque eiusmodi morbis, contingit.

§. VI.

Secundum inflammationis symptoma est *dolor*, cuius idea ingratam sensationem, in quadam corporis parte, in se inuoluere mihi videtur. Fundamentum autem et causa huius doloris, variorumque eiusdem graduum, in plus minusue adfecto genere neruoso omnino quaeri debent. Ab incisis enim neruis atrocissimos oriri dolores, saepius in conuulsiones degenerantes, qui discissis plane cessant, quotidiana nos docet experientia. Extrauafato nunc sanguine, cellulosam eleuari per §. V. patet; hinc neruos eam perreptantes, modo distendi, modo comprimi, necesse est; a qua neruorum adfectione dolores, inflammationem comitantes, deducendos esse, sequentia mihi suadent. Videmus enim primo, omnes partes

inflam-

inflammatas, per quas multi transeunt nervi, gravius dolere, quam illas, per quas non notabiles nervorum rami disperguntur. Ita in Pleuritide *dolor* magis est acutus et pungens, in Peripneumonia grauius, et in Hepatide non admodum acerbus, sed magis obtusus, quoniam ex anatomicis constat, hepar paucos tantum nervorum accipere ramos. Scimus porro, in summo gradu inflammationum, dolores, qui antea fuerant acutissimi, sensim sensumque imminui, et in sphacelo, pessimo inflammationis euentu, plane cessare, manifesto documento, tam in compressionis, quam distensionis nervorum vario gradu, rationem differentis magnitudinis dolorum positam esse.

§. VII.

Rubor tertium inflammationis est signum, qui primo a sanguinis extrausatione pendet; sanguis enim per ipsam cellulosam transparet, vti ordinarie in dissectione cadaverum, ex inflammatione viscerum demortuorum, videre licet. Ex anatomicis quoque constat, cuiuscunque liquoris, in cellulosam inieci, colorem, facillime per eam posse distingui. Sic Illustr. de HALLER docet (h), ichthyocollam, in aqua, vel in debili frumenti spiritu, solutam, et colore aliquo viuidiori tinctam, continuo ex arteria in cellulosam subcutaneam telam non solum exhalare, sed summam etiam efficere pulchritudinem in repletis naribus, intestinis, aut ventriculo, quando vermiculatus color, in cellulosam telam effusus, per tenuem membranam intimam translucet. Dein etiam hic rubor auctiori et impetuosiore sanguinis versus partem adfectam adfluxui tribuendus est, qui, dum sub inflammatione contingit, communiter tunc per vasa, in statu naturali paucos tantummodo sanguinis globulos transmittentia, plures simul propellit, hinc ea dilatat et conspicua reddit.

B 3

§. VIII.

(h) Eiusdem Element. Physiol. corp. human. Tom. I. pag. 35. 36.

§. VIII.

Ultimum denique inflammationis criterium est, ut, cum praecedentibus symptomatibus, grauissima, pro inflammationis ratione, coniuncta sit *febris*, cuius origo ab extravasatione sequentem in modum erit deducenda. Ea est febris natura, ut semper cum pulsu celeri atque frequenti sit coniuncta (1); celeritas vero pulsus ab aucta cordis contractione pendere videtur. Quidquid igitur frequentiores cordis contractiones producit, illud febrim excitare poterit. Nunc cor in statu naturali non omnem suam vim in sanguinem impendit; simulac vero sanguis subito cordi resistit, augetur resistentia, et vis, et celeritas contractionum. Sic, sub horrore febrium intermittentium, ubi sanguis versus cor congeritur et accumulatur, ab eiusdem resistentia grauiori vehementissimae oriuntur cordis contractiones et summae praecordiorum anxietates. *Generalis igitur febrium causa in forti aliquo stimulo, frequentius cordi adplicato, sita erit.* Simplicissima vero haec febrium causa in innumeras speciales resolui potest, quas vero omnes indagare, cum in praesenti e re mea non sit, mittam reliquas, et tantummodo indicabo, quomodo ab extravasato in cellulosa sanguine talis stimulus cordi adplicetur. Facta igitur nunc cum impetu sanguinis in cellulosa effusione, ea expanditur atque dilatatur, vasaque eam perreptantia grauiorem patiuntur compressionem, denegaturque sanguini per illa liber transitus, vnde subito maior eiusdem versus cor oritur resistentia, a qua eiusdem vehementior contractio, cum pulsu celeri atque frequenti, hincque febris producitur. Ad omnem vero inflammatoriam febrim excitandam requiritur, ut sanguis in cellulosa cum impetu irruat; dantur enim casus, ubi sanguis tantum sensim sensimque in eam exhalat lentumque efficit tumorem, quo vasa quidem

com-

1) Vid. Perillustr. van SWIFTEN Commentar. in Aphor. Boerhaav. §. 571.

comprimuntur, sed non subitanea versus cor oritur resistentia, hinc etiam eiusdem systolicus motus non acceleratur, sed huic resistentiae quasi adhaesivi videtur.

§. IX.

Tales vero sanguinis extravasationes in cellulosa facillime contingere posse, eius probat structura. Illustr. enim de HALLER (k) nos docet, cellulosa rete esse, ex varie inter se connexis elementis formatum, laxiorique fibrarum compage compositum. Scimus porro, cellulosa copiosas transeuntes habere arterias, per quarum totam longitudinem, aut pori sunt, qui visui quidem non patent, aut breues minus pariter conspicui ductus excretorii, ex cavitare arteriarum in cellulosa cauernulas aperti, per quos, in statu sanitatis, modo sola lympha, modo haec cum adipe, a sanguine arterioso in eam corporis humani partem effunditur. Praesentiam vero horum pororum atque ductuum manifestant iniectiones. Iniectus nempe in arterias liquor, modo fit aqueus, modo gelatinosus, modo adiposus aut sebaceus, vndique per totam arteriarum longitudinem in cellulosa textus spatiosa exit. Immo *Conradus PEYERVS* (l) observavit, ceram, in arterias pulsam, facile in cellulosa telam effundi. Eadem vero ratione, sicuti ex arteriis, ita etiam ex venis in cellulosa via est. Iniecti enim in venas liquores etiam in eam exsulant; qui quidem euentus nonnullis fraudi fuit, ut inde concluderent, ex venis fieri adipis secretionem. Quae cum ita sint, sequentia ex his elici poterunt. Quia cellulosa laxiorem sistit fibrarum compagem, hinc ad eam facillime in statu plethorae commotae, propter minorem resistentiam, maior sanguinis contingere poterit adfluxus. Irruens versus eam sanguis, per apertos arteriarum poros erumpere et inflam-

(k) Vid. Eiusd. Element. Physiol. corp. human. Tom. I. pag. 9.

(l) Method. anat. p. 102.

inflammationem producere poterit (§. VIII.), quod, in sequentibus, collectae quaedam ex variis Auctoribus observationes confirmabunt.

§. X.

Ipſa quoque in inflammationibus adhibenda medendi methodus ſua- dere mihi videtur, illarum cauſam potius in extrauafatione, quam obſtru- ctione, eſſe ponendam. Vtimur enim in illis, cum exoptatiſſimo et quaſi praefentaneo ſaepeius effectu, reiteratis Venaefectionibus, enematribus ſti- mulantibus, frictionibus, atque veſicatoriis, quibus omnibus nihil aliud molimur, niſi vt adfluxum ſanguinis a parte adfecta deriuemus. Quam conſentanea vero theoriae noſtrae iſta curandi ſit methodus, non eſt vt multis exponam. Quiſque enim intelligit, per eam, ad omnem inflam- mationem ingenerandam, rapidiorem ſanguinis requiri adfluxum (§. VIII.), qui, dum magis arteriarum poros diſtendit, repentinam ſanguinis in cel- lulofam producit effuſionem. Quidquid nunc morbi cuiuſdam cauſas tollendo agit, illud vim infringit morbi. Nunc autem Venaefectiones reuulſoriae, enemata ſtimulantia, veſicatoria, adfluxum ſanguinis ad par- tem adfectam minuunt, cauſam igitur tam extrauafationis, quam inflam- mationis, infringere debent; quod etiam experientia confirmat. Scimus enim, naſcentes, immo iam praefentes inflammationes, ſufficiente primis diebus adminiſtrata Venaefectione, non ſolum imminui, ſed et curari, cum e contrario, neglectis eiuſmodi remediis, leuiſſimae etiam lethalem ſaepeius fortiantur euentum. Sic vidi, feminam plethoricam, imminuto menſium fluxu laborantem, propter regurgitationem ſanguinis ad fauces, a terrore abortam, in anginam incidiſſe, ad quam tollendam, quamquam ſatis apta adhibita fuerint interna remedia, tamen ex neglecto externorum, Venaefectionum, enematum, aliorumque vſu, in ſummo aetatis flore diem ob-

obiisse supremum. Ex tradita vero etiam a nobis sententia, facile practica haec deduci poterit regula: Si in inflammationibus nimis tarde Medici imploratur auxilium, tunc, superius a nobis laudatis remediis externis resolutionem obtineri posse, non amplius sperare licet, sed omnem potius spem salutis adhuc in suppuratione bona, convenientibus externis promouenda, collocandam esse. Nimis enim diu durante sanguinis adfluxu, nimia quoque eiusdem extra vasa propellitur copia, quae, ob molem suam, partes nimium et comprimendo, et dilatando, debilitat, et ad resolutionem promouendam reddit ineptas.

§. XI.

Quamquam vero in antecedente §. commendatam per externa, non omittis tamen internis, medendi methodum, Medici, inflammationis essentialem rationem in obstructione vasorum ponentes, non solum in usum vocant, sed aliis quoque imitandam commendant: ea tamen ipsorum theoriae minus conuenire videtur. Obseruamus enim, vas aliquod tunc semper magis dilatari, quando in eo laxitas oritur quacunq; de causa, manente eodem impetu liquidi impulsu; idemque etiam contingere aucto impetu liquidi impulsu, manente quamuis eadem laterum firmitate, hoc vero omnium maxime, si binæ hae causæ simul concurrunt. Nunc autem in inflammatione, per hypothesin, adest obstructio, cuius causa, siue in fluidis, siue in solidis corporis partibus, siue in vtrisque simul posita sit, semper tamen consistit in denegato sanguinis per vasa transitu. Haeret igitur in vasis obstructis impactus sanguis. Tantum vero abest, ut firmitas vasis augeatur, dum nulla adest causa, quae hoc producere possit, ut potius adfirmari possit, eam imminui, dum praesente obstructione semper aliquid de robore suo perdit. Sed si etiam concedam, idem manere

C

robur,

robur, non idem tamen manet sanguinis in locum obstructum impetus, sed ille mirum augetur, simulque adest febris grauiſſima. Nunc, manente eadem vaſorum firmitate, et aucto impetu liquidi impulſi, vas dilatari ex praemiſſis patet, quod in praefenti etiam caſu eueniat, neceſſe eſt. Impetus igitur ſanguinis verſus partem adfectam, ad dilatationem laterum vaſorum, hinc reſolutionem, confert. Per dilatata nempe vaſa tranſibunt minori cum difficultate impacti antea globuli. His ergo omnibus rite perpenſis, patet, impetum ſanguinis in inflammationibus verſus partem obstructam ſalutarem producere debere effectum. Difficiliter itaque concipi poteſt, qua ratione, ſi obſtructio vaſorum ſit cauſa inflammationis, allegata §. X. medendi methodus vllam habere queat vtilitatem. Interim tamen experientia confirmat, illam minime eſſe reiciendam; adeoque merito exinde concludo, inflammationis cauſſam potius in extrauafatione ſanguinis, quam in obſtructione vaſorum eſſe ponendam.

§. XII.

Locum vero inflammatione adfectum ſi paulo accuratius conſideramus, obſeruabimus primo, maiorem in eo caloris gradum. Per illuſtr. van SWIETEN ^(m) in loco inflammato, inquit, maiorem ignis copiam adeſſe, docent thermometra, et effectus omnino ſimiles ac fierent ab igne elementari corpori applicato. In valida enim inflammatione, in gangraenam iam tendente, immanes adſunt dolores, epidermis in bullas eleuatur, cruſtae gangraenofae oriuntur, ſimiliter per ſuppurationem tantum ſeparandae a viuis. Obſeruantur porro vehementiores pulſuum ictus, non ſolum tactu, ſed oculis etiam detegendi: quod GALENVS quoque iam adfir-

(m) Vid. Eius Comment. in Aph. Boerhaav. §. 370.

adfirmat, dicens (n): *Inflammatio pulsum per totum corpus immutat, siue ob principem partem, in qua consistit. Si vero vniuersum corpus non adficiat, pulsus in parte inflammata talis erit, qualem diximus.* Ipse Perillustr. van SWIETEN (o) per phlegmonem intelligit tumorem praeternaturalem, rubrum, renitentem, calentem, pulsantem et dolentem in parte molli, quem febris in toto vel in parte comitatur. Ex his igitur patet, in omni inflammatione, in parte adfecta, maiorem esse calorem, et vehementiorem pulsum, quae quidem omnia ex stagnante in arteriis sanguine minime deduci posse cenfeo. Quamquam vero BOERHAAVIUS non perfectam sanguinis stagnationem in inflammatione, sed potius vndulatorium motum assumit, a quo magni huius Viri magnus discipulus, Perillustr. van SWIETEN (p), calorem, in loco adfecto praesentem, deducit: minime tamen tantus effectus tam paruae causae proportionatus videtur. Scimus enim ex physicis, ad ingenerandum calorem, frictionem et motum globulorum sanguineorum tam inter se, quam ad latera vasorum, requiri (q), a motu autem, qui arteriis obstructis tribuitur, nec tam vehementes pulsum ictus, nec tantus caloris gradus, quantus in inflammationibus percipitur, oriri poterunt: hinc ex his omnibus rite perpenfis atque consideratis, ad extrauasationem potius, quam obstructionem concludere mihi licebit. Haec ergo nunc intuitu symptomatum, inflammationes concomitantium, sufficiant; nunc ad alia argumenta, ab inflammationum causis desumpta, quibus asserti mei veritatem ostendere conabor, transeo.

C 2

§. XIII.

(n) de Pulsib. ad Tyron. Cap. XII.

(o) loco citat. §. 380.

(p) Comment. citat. §. 371.

(q) Conferat. Illustr. EBERHARDI Dissert. de Causis calor. in corp. animal. §. IX. sequent.

§. XIII.

Quam late patens vero iam sese mihi offerat campus, facile est intellectu, quem si pro dignitate percurrere vellem, angustissimi huius belli limites haud sufficerent. In tanta igitur rerum dicendarum copia, tantummodo, pro scopo huius Dissertationis, de quibusdam inflammationis causis brevissime agam. Sic experientia docet, grauissimas saepe inflammationes rupturae cuidam vasorum, motui vehementi, atque plethorae commotae, originem debere suam. Quod ad rupturam attinet, nemo negabit, illam obstructionem vasorum non habere coniunctam; de motu vero vehementi atque plethora commota, dubium quibusdam videri possit, quid sentiendum sit. Sed consideremus modo, semper ad inflammationem in tali casu producendam requiri, ut adfit debilitas vasorum in parte adfecta. Attendamus porro ad ea, quae §. XI. dicta sunt, sic probabile admodum videbitur, tunc obstructionem adesse non posse. His demum si addatur, quod a sola plethora commota saepe grauissimae haemorrhagiae, per anastomosis, sensu pathologico sumtam, oboriantur: facile tunc patebit, etiam a motu vehementiori maiorem sanguinis copiam in cellulosa posse extra vasa propelli, unde dein producitur inflammatio, quod etiam in sequentibus observatione quadam confirmabo. Inter periculosissimarum quoque inflammationum causas non immerito materiae exanthematicae regressio erit referenda. Experientia enim edocti, scimus, quo maligniores sunt febres, quo magis resoluta et ad putridum statum inclinans est humorum massa, eo certius et facilius inflammationes, funestum saepissime fortientes euentum, esse pertimescendas. Tali ergo in statu obstructio inflammationum causa esse non poterit, dum summa iam adest humorum resolutio.

§. XIV.

Missis vero iam his omnibus, ex nonnullis inflammationum effectibus probare conabor, quod sedem earum constituat cellulosa. Superius indicavi (§. II.), inflammationes varios habere euentus, inter quos, iure quodam suo, suppurationem numeravi, de cuius causis sequentia imprimis adnotanda sunt. Suppuratio generatim non soli sanguini, qui magis ad putredinem, quam ad boni puris generationem inclinat, sed potius sanguinis cum blando seroso latice commixtioni, erit tribuenda. Videmus enim, in omnibus iis, qui bene comparatos, et a dyscrasia immunes succos habent nutritios, bonam succedere suppurationem, bonumque generari pus; cum e contrario in illis, quorum humores inquinati sunt, loco suppurationis, vlcerosa aut etiam sphacelosa eueniat corruptio. Ita et erysipelacea inflammatio, in qua simul acrimonia et dyscrasia feri coniuncta est, non in suppurationem, sed in vlcus transit. Omnes porro cibi, qui succos nutritios vel augent, vel impuros reddunt, puris etiam generationem vel augent, vel pus bonum et blandum in malum et acre immutant; vnde etiam peritiores Practici, in suppuratione, aegrotantes a cibis vel nimium nutritiis, vel nimium pinguibus aut imtemperatis, abstinere iubent. Quodsi ergo nunc verum est, quod suppuratio commixtioni sanguinis cum humoribus serosis atque lymphaticis sit adscribenda, merito quoque exinde concludere mihi licebit, inflammationem sedem suam habere in cellulosa. Inflammatio enim qualiscunque, si discussionem non admittat, facillime in suppurationem potest transire, quae dum a commixtione sanguinis cum sero et lympa oritur, in iis etiam locis contingere debet, vbi haec facillime producitur. Nunc vero sanguis, si in vasis suis obstructis haeret, cum sero intimius commisceri non potest, dum serum, simulac a sanguine est secretum, statim in cellulosam deponitur, vbi, modo per in-

fenfibilem transpirationem dissipatur, modo in vasâ sua propria transit. Nullo itaque in loco facilius haec fiet miscela, quam in cellulosa, quae idcirco tam suppurationis, quam etiam inflammationis sit sedes necesse est, id quod sequentibus quoque probatur obseruationibus. Suppurationem enim, vna cum adipe, etiam cellulosam telam destruere, vt, interuallis musculorum exhaustis, nudae et rubentes carnes appareant, in pectore olim vidit HOFFMANNVS (r); idem in musculis colli, ab anthrace denudatis, H. F. LE DRAN (s), et in musculis exterioribus cruris clariss. RAVATON (t) obseruarunt. Consumta parotide venas iugulares externas, arterias, neruum recurrentem, tendines, oesophagum, denudatum vidit HODGES (u), et a carbone pene totus thorax ita adfectus fuit, vt musculi intercostales, in respiratione agentes, conspicerentur (v); sic et Perillustr. L. B. VAN SWIETEN refert (w), se vidisse, *dum terribilis inflammatio totum crus a genu ad apices digitorum pedis vsque fere occupasset, quod magna panniculi adiposi frustra secesserint, subiectis musculis et tendinibus omnino illaesis.*

§. XV.

Vti vero suppuratio, ita etiam gangraena in tunica haeret cellulosa. Perillustris enim VAN SWIETEN obseruationes probant (x), quod, *si valida inflammatio suppuratio vel gangraena sequatur, tunc pus collectum,*

(r) de effect. Elast. in corp. human. p. 8.

(s) Tom. I. Obs. 94.

(t) Traité des playes des armes à feu, Obs. 87.

(u) Loimologia. p. 130.

(v) Traité de la peste. p. 285.

(w) Comment. in Aphor. Boerhaav. §. 374.

(x) Ibidem.

Etum, vel gangraenosus tabus, pertusa cute, in membrana adiposa semper haereat, et §o 420. inquit: Quamvis ergo enormis saepe crassities gangraena corrupta sit, quotidianae fere chirurgicae observationes docent, totum illum tumorem in panniculo adiposo tantum haerere, qui tunc, separatione facta, a partibus suppositis viuis, ingentibus frustis educitur; sicque aliquando seruantur partes corporis, dum sola exstirpatio superesse videtur. Multis vero etiam aliis observationibus practicis asserti mei veritatem corroborare possem, nisi praeuiderem, facile hoc mihi omnes concessuros, et saltem circa conclusionem inde deducendam complures suum adfensum mihi esse denegaturos. Quamquam enim hi essentialem inflammationis rationem in obstructione vasorum ponunt, tamen, si pro causa gangraenae disruptionem vasorum assument, eiusdem, salua manente illorum de inflammatione theoria, in cellulosa esse poterit sedes. An vero vasa in gangraena disrupta sint nec ne? esset quaestio, de qua, argumentis a priori deductis, in vtramque partem posset disputari; melius ergo esse censeo, vt statim ad observationes et iniectiones Hallerianas prouocem. Illustris enim hic Vir, dum de extravasatione sanguinis in gangraena loquitur (y), ea omnia, inquit, integris vasis sunt, non perruptis, quod vitii genus varius est, et a nobis, iniectis in vasis eiusmodi corporum variis liquoribus, non potuisset non detegi: eos enim liquores ex rupta arteria necesse foret erumpere, et in magnas maculas massasque confluere. Si igitur in gangraena non disrupta sunt vasa, nulla alia ratione cellulosa grauiori hoc atque periculofiori morbo adfici poterit, nisi antea in ea inflammationis fuerit sedes.

§. XVI.

(y) Conferant. Eiusdem. *Elem. Physiol. corp. hum.* Tom. I. p. 37.

§. XVI.

Disputauimus supra (§. XII.) de cellulosa, ibique indicauius, per experimenta Halleriana certiores nos fuisse redditos, arteriis in cellulosa immediatam esse viam, eamque, iniectionibus in arterias factis, limpidissima repleti posse materia; ex his nunc mihi fluere videtur, per eam viam, per quam varii ab anatomica manu impulsu liquores transunt, etiam sanguinem in variis morbis exire; adeoque ex hoc quoque fonte simul theoriae nostrae de inflammatione veritatem probari posse. Ipse enim Illustr. HALLERVS (a) in cadaveribus incisis hominum strangulatorum, aut graui inflammatione peremptorum, vidit, per ventriculi, aut intestinorum membranas, lineas rubras, fuscas, et pene nigras, secundum rotam arteriarum longitudinem decurrentes, quas manifesto sanguis effecerat, vndique ex arteria in cellulosa eam telam effusus. Dein etiam celeberr. CLEGHORNE (b) in tertianis continuis malignis febribus, adiposas partes corporis, omentum, mesenterium, colon, ab effuso sanguine arras describit. Huc tandem refero exsudationes sanguinis, quae a nimia exagitatione animalium, cursu defatigatorum, natae, et a Perillustr. van SWIETEN obseruatae sunt (c), dum *ceruus mactator*, refert, *post diuturnam et velocissimum cursum, habuisse totam aortam in externa superficie fere nigram, ob nimis impleta impulso sanguine haec vasa.* Verum enim vero non recentiores solum obseruarunt, sanguinem in cellulosa extra vasa prorupuisse, sed ipse etiam GALENVS, *apparet, inquit, secta si fuerit pars pblegmone laborans, sanguis effluens plurimus, et locus vnipersus sanguine plenissimus, quemadmodum spongiae madentes.*

§. XVII.

(a) Ibidem.

(b) Descript. of Minorca p. 165.

(c) de Tumor. praeternatur.

§. XVII.

Quamquam vero ex dictis iam argumentis satis elucescere mihi viderur, a me, non sine ratione, inflammationis frequentissimam sedem in cellulosa positam esse, asseri: tamen id adhuc omnino superesse censeo, ut haud leuibus quibusdam occurram obiectionibus. Nulla enim theoria, nulla veritas, est tam certa, tam extra omnem dubitationis aleam posita, contra quam non aliquid cum aliquali veritatis specie obiici possit. Inter obiectiones igitur haec primum tenebit locum, quod per theoriam meam plane non possit intelligi, qua ratione inflammatoriae stases resolverentur, cum tamen per experientiam constet, grauissimas saepius inflammationes, felicissimo cum euentu, per rationalem medendi methodum discuti. Verum enim vero facile vtiqve erit, modum resolutionis, stagnantis in cellulosa sanguinis, ostendere. Scimus enim, vti arteriis, ita etiam venis immediatam in cellulosam esse viam. Iniectus enim in venas liquor, etiam cellulosam replet. Duplex igitur adest via, qua stagnans in cellulosa sanguis remouetur. Vel enim in serum mutari, et per insensibilem transpirationem dissipari, vel crassior eiusdem pars per vasa venosa resorberi poterit. In grauioribus etiam contusionibus, in quibus sanguis manifesto in cellulosa extra vasa est propulsus, videmus, eodem modo stagnantis huius portionis contingere resolutionem. Primis enim diebus in loco contusione adfecto color adest manifesto ex rubicundo nigricans atque sanguineus, qui dein magis magisque in liuidiorem ac pallide flauescentem mutatur, et denique in totum euanescit. Nunc vero scimus, inter grauiorem contusionem et inflammationem non adeo magnam esse differentiam, et §. VII. indicauimus, si in contusione cum impetu irruat sanguis in cellulosam, tunc ex ea veram oriri posse inflammationem. Nunc autem sanguis a contusione stagnans resoluitur indicato modo; merito ergo exinde concludere licet, D eadem

eadem ratione quoque inflammationem resolui posse. Proinde etiam fide dignissimae observationes confirmant (d), in cellulosa inflammationes non solum natas, sed etiam resolutas fuisse, adeoque, si haec frequentissimam illarum constituit sedem, utique etiam illarum resolutio in ea non erit impossibilis.

§. XVIII.

Secundum dubium exinde forsan formari posset, quod, si sanguis sit extravasatus in cellulosam, tunc stagnet in loco humido et calido; per experientiam autem cognitum sit, fluida, in locis humidis et calidis stagnantia, facillime transire in putredinem, adeoque necessè omnino esse, ut idem etiam in sanguine, utpote fluido ad talem statum per se iam inclinante, contingeret; hoc tamen non obstante dari saepius inflammationes ad decem et plures dies durantes, ubi nulla adesset putredo. Respondemus vero: I. Non in omnibus corporibus eadem adest dispositio ad putredinem. Corpora, quorum humores bene constituti sunt et nulla dyscrasia laborant, non tam facile ad putridam corruptionem inclinant, quam illa, ubi mala humorum est mixtio et grauior qualiscunque cacochymia. II. In omnibus inflammationibus, inter dispositionem ad inflammationem, et vere iam factam, est distinguendum. Primis enim diebus in tali casu dispositio tantummodo ad inflammationem adest, id est, maior sanguinis copia versus partem adfectam ruit, dein vasa dilatantur, fit extravasatio, et febris cum his symptomatibus coniungitur mitior. Perfectam enim nondum factam esse extravasationem, exinde patet, quia per commendatam (§. X.) medendi methodum, non omissis tamen internis, grauiores saepius inflammationes praecaueri possunt. Extravasatus igitur sanguis facilius adhuc vel resorberi,

(d) *van SWIETEN* Comment. cit. §. 374.

beri, vel, in ferum resolutus, per insensibilem transpirationem remoueri poterit. Continuante vero adfluxu humorum, magis magisque accumulatur sanguis, et tunc rarissime talis resoluitur inflammatio, sed vtplurimum, modo in suppurationem transit, modo alios periculosiores inducit euentus. III. Negamus, in inflammatione perfectam esse sanguinis stasin. Semper enim de stagnante hoc humore aliquid resorbetur, et nouus aduehitur sanguis. Dein arteriae, partem adfectam perreptantes, ita fortiter pulsant, vt non solum tactu, sed et oculis, ipsarum agitatio possit percipi, adeoque semper motum aliqualem conseruant, quibus omnibus ipsa adhuc accedit experientia, quae pariter pro nobis militat. Complures enim celeberrimi Medici adfirmant, se saepius inflammationes, in tunica adiposa haerentes, obseruasse, quae per plures durarunt dies, absque tamen infecuta gangraena.

§. XIX.

Tertia obiectio haec forsitan erit: Dantur febres pleuriticae atque peripneumonicae, aliarumque partium inflammationes, a sola refrigeratione repentina obortae, quarum causa manifesto spasmus et coarctatio vasorum esse videtur, adeoque extranasatio in tali casu locum habere non potest. Respondemus vero: Si corpus sudore disfluens aurae exponitur frigidiori, tunc experientia docet, quod spasmodice constringantur vasa. Confirmant hoc summae praecordiorum anxietates cordisque palpitationes, difficilis respiratio, immo subitanea saepe mors, quae omnia, si grauiores tales excipiunt refrigerationes, manifesto demonstrant, quod nimiam, partim vasorum pulmonalium constrictionem, partim sanguinis circa cor accumulationem, pro causa agnoscant. Ast vehementissimi hi spastici motus non admodum diu in eodem gradu perseverare solent. Est enim constantis naturae lex, quod omnem spasmus proportionata excipere debeat

relaxatio. Videmus hoc in omnibus febribus, dum durante frigore pariter ac aestu cutis est arida et sicca; remittente autem quolibet tali paroxysmo sudor subsequitur. Sic quoque vehementiores conuulsui morus insignem post se relinquunt partium debilitatem et flacciditatem, vigentibusque doloribus nephriticis quamquam pauca et limpida prodeat vrina, tamen per interualla iterum et copiosior et turbida redditur, spasmodorumque sic remissionem denotat. Haec ergo si ad praesentem applicantur casum, insimul pro enodatione praedictae obiectionis inferuire possunt. Superato enim in pleura atque pulmonibus spasmo, sequitur relaxatio, tuncque accumulatus antea sanguis versus dilatata vasa ruit, quae dum minus resistunt, ab illo magis dilatantur (§. XI.), sanguisque extrauasionem sic promouent. Exinde igitur apparet, quam salutare illorum Medicorum sit consilium, qui in omnibus grauioribus adfectibus spasticis, in corporibus plethoricis obortis, vim spasmodorum per secura lenientia et anodyna infringere allaborant, sedatoque morbi impetu, sepositis his remediis, V.Snem simul in auxilium vocant. Vehementia enim spasmodorum nisi mitigetur, inducit debilitatem vasorum, quam stagnationes humorum et inflammationes excipiunt, vti hoc colicae haemorrhoidales, saepius funestae, testantur. Nimis diu vero continuatus opiatorum vsus debilitat quoque vasa, et inflammationibus subsequenter, experientia teste, ansam quoque praebere poterit.

§. XX.

Quartum dubium in eo consistere poterit: In inflammatione oculorum non adeste videtur extrauasio, sed obstructio; minima enim vasa, quae alias omnem visus fugiunt aciem, sanguine quasi infarcta et rubra sunt, ita vt in cornea etiam talia conspicua euadant. Ad hoc autem respondeo,

me

me non negasse, quod in inflammationibus vasa possint inueniri obstructa (§. III.), sed id potissimum adseruisse, quod essentialis ratio inflammationis frequentissime consistat in extrauafatione sanguinis in cellulofam. Cum omni igitur vera inflammatione extrauafatio debet esse coniuncta. Iam, non omnis rubor oculorum, cui superueniunt commotiones febriles, statim pro vera eorundem inflammatione est habendus. Scimus enim, a sola grauiori irritatione rotam saepius tunicam scleroticam, in statu naturali alias albam, euadere rubram, et subtilissima eam perreptantia vascula reddi conspicua; exinde autem statim veram adesse inflammationem nemo adfirmabit. Monemus denique, auctoritate complurium celeberrimorum Practicorum ducti, veram ophthalmiam siccam inflammatoriam affectum esse non admodum frequentem, et serofam saepius pro sanguinea reputari; priorem autem illam imprimis a violentia qualicunqve externa, oculis illata, originem ducere. Tunc autem oculi sanguine quasi vndiquaque suffusi apparent, coniunctis doloribus acerbissimis, cum febre et accedente quandoque delirio, immo superueniente demum etiam suppuratione et humorum effluxu, perfecta que inde remanente coecitate (*). Eiusmodi casum, feliciori tamen euentu comitatum, ab Illustri BOEHMERO, Patrono et Praeceptore meo summe deuenerando, in Praelectionibus aliquando communicatum fuisse probe recordor, vbi, dum grauissima inflammatio in suppurationem verumque hypopyum transibat, fluctuantem in camera oculi anteriori vidit materiam. Nunquam vero puri huic per operationem poterat conciliari exitus; saepius enim hoc molientem Virum illustrem conuulsiones aegrotantis detinere. Nihil itaque iam reliquum erat, quam curatio palliaria, vbi, per leniora euacuantia in - et externa remedia, adfluxus a parte ad-

D 3

fecta

(e) Conf. Illustr. HOFFMANNI *Med. rat. System.* Tom. IV. P. I. Sect. II.

Cap. XI. §. II. p. 522.

fecta deriuabatur. Haec ergo methodus ita profuit, vt sensim sensimque inclusa in camera oculi materia resorberetur, et pristinam recuperaret aegrotans sanitatem, quamquam non eandem visus aciem. Pater igitur ex modo dictis, cum vera et graui sanguinea oculorum inflammatione extrauasationem sanguinis in cellulosam esse coniunctam, eiusque resolutionem summe quidem difficilem, non tamen semper impossibilem esse,

§. XXI.

Tandem etiam vitimo obiici forsitan mihi posset, quod in cadaueribus ex Phrenitide demortuorum nulla extrauasatio sanguinis, sub sectione anatomica, deprehensa fuerit, sed vasa sanguifera saltem admodum turgida adparuerint, et substantia cerebri sphacelosa fuerit reddita. Licet autem magna iam inter complures celeberrimos Medicos agitata sit controuersia, de vera Phrenitidis sede, quam meam non facio; admodum tamen probabile videtur, quod illam tam dura meninx, quae fere semper post mortem sphacelosa adparet, quam pericranium, ob dolorum acutissimorum concursum, dum illud ex compluribus tenerrimis neruulis quasi contextum est, constituat. Vasa ergo cerebri sanguifera etiamsi turgida fuerint inuenta, id ipsum theoriae meae non repugnat, dum ad omnem etiam extrauasationem maior requiritur adfluxus sanguinis; cum quo necessario coniuncta est grauior illa vasorum distensio. Sphacelosa autem substantiae cerebri corruptio, si quoque aliquando obseruata fuerit, neuiquam meam infirmat sententiam, quin potius eidem confirmandae inseruit, dum et illa euenire non posset, nisi praegressa intra et circa eandem fuerit sanguinis extrauasatio

T A N T V M.

VIRO

❧ ** ❧

VIRO PRAECLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO,
 SVMMORVM IN MEDICINA HONORVM
C A N D I D A T O
 LONGE DIGNISSIMO,
 AMICO HONORATISSIMO ET DILECTISSIMO,

S. P. D.

C. G. PHILIPPI,
 DIACON.

Illuxit nunc faustus ille dies, quem velut festum atque solennem familiares atque amici TVI colunt, eaque omnes faciunt, quae boni omnis esse videntur, sibi que Poetae illud acclamant: Nunc dicenda bono sunt bona verba die! Partium itaque mearum quoque esse duxi, insignes in artibus liberalibus profectus, Medicinae in primis laudes, gradumque Doctoris ex animo TIBI gratulari. Equidem ego circumspicis rebus omnibus, cum retro acta tempora intueor, quibus Praeceptoris domestici munere functus sum, multa in medium proferre possem, quae ad virtutis TVAE eruditionisque commendationem pertinere videntur. Ex ipsa enim rei veritate asseuerare possum, TE, ab in-

eunte

eunte statim aetate, bonae indolis ac spei iuuenem, animo generoso praeditum, indefesso studio conspicuum, dicto audientem, et virtui litterisque fuisse dedicatum. A laudatissimis vero, et ab ipso ILLUSTRIS DOMINO PRAESIDE, laudatus, nostra laude non egesset. Non defuit pulcherrimis TVIS conatibus prosper admodum et felix exitus, ita, ut optimus quisque TVO exemplo videre possit, permultum valere indolem, sub faustis penetralibus rite nutritam, atque omnino insitam naturae vim iuvari et erigi recta institutione, et in maius meliusque prouehi usu et experientia. Salue itaque o! noster, terque quaterque beate! Fruere forte TVA et lactare! In dies ex arte TVA salutari in bene multos, morbo conficiantem, redundent fructus. Sis quoque memor magni TVI Hippocratis, pro lege et symbolo dicentis: μηδὲν ἐμῆ, μηδὲν ὑπεροχῆν, nihil temere faciendum, nihil negligendum, serio omnia agenda! Vale, Vir doctissime, aeternumque salue! Habeas me, quaeso, TIBI semper commendatissimum. Sicuti TE lucusque impense et amaui et colui, ita in posterum quoque carissimam iucundissimamque amicitiam TVAM deinceps conferuabo. Denique, quod amicitia flagitat, quodque muneris sanctioris ratio a me exigit, Deum O. M. oro atque obsecro, ut rebus TVIS omnibus adnuat, iisque addat perpetuitatem. Dab. Halae d. 23. Ianuar. 1767.

Disputat. Halle,

Med. Diss.,

6. 1758-68.

ULB Halle

002 830 728

3



SB

R. Leo ✓





DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
 DE
INFLAMMATIONE
 EIVSQVE
IN TELA CELLVLOSA
FREQUENTISSIMA SEDE

QVAM
 SVB AVSPICIIIS DIVINI NVMINIS
 CONSENSV ATQVE AVCTORITATE GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
 IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE
 VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ATQVE EXPERIENTISSIMO
D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI
 POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS A CONSILIIIS INTIMIS
 MEDICINAE ATQVE PHILOSOPHIAE NATVRAE PROFESS. PVBL. ORD.
 FACVLTAT. MED. SENIOR. ET H. T. DECANO, REGIORVMQVE ALVMNOR.
 EPHORO, IMPERIALIS ACADEM. NAT. CVRIOS. PRAESIDE ET COMITE
 PALATINO CAESAREO, REGIAR. ACADEMIAR. SCIENTIAR.
 ANGLICANAE, BEROLINENSIS ET MONSPELIENSIS
 SODALI,

PRO GRADV DOCTORIS
 RITE IMPETRANDO

D. XXIV. IANVAR. ANNI MDCCLXVII.
 PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTET
 AVCTOR RESPONSVRVS
CHRISTIANVS FRIDERICVS RICHTER
 HALENSIS.

HALAE AD SALAM
 STANNO CVRTIANO.

